

Nobilissime et Perillustris VIR,

In Sostem si adsuc humanus es, permitte ut ad amici fiduciam
accedam. Ecce liber iterum sum, sed ut verecundius peccem.
Si absurda petitio est, existima nullam esse. Commendaveram
CNOBBARVM nuper, et excesseram, solo errore deceptus: com-
mendo nunc familiarem meum, et quem aliquando etiam in
Italia novi, FREDERICVM HAVENSIVM, Collegii nostri Tri-
linguis praesidem. Is, ut aliquo modo tunc fiat, meus antea
esse non desinat, civis Trudonopolitans factus est; quemad-
modum adjunctae Sae Litterae attestantur. Hae tamen ut
pondus securitatis habeant, à Principis tui consensu dependet.
Amplius ne dicam? Ego, tanquam interpretes, sum; ut si
iusta petam, Sosti facilis sis; si injusta, etiam amico durus.
De re iudicabis: vir humanitatis Beneficio dignus est, mo-
destus, quietus, vitam privatam agens; sed quâ conatur
Litterarum studia, et ingenia Sae occupata promoveret.
Liceat igitur illi, sed si licet, liberum et securum esse;
liceat novâ frui civitate, in nostris autem provinciis, ve-
strisque, res atque negotia sua per moras necessarias tractare.
Scribe igitur quaeso, ut sciam an peccaverim: deinde, qui
sumptus necessariû, si non peccavi. Litterae tuae ad Prae-
fectum Cursorum, qui Antuerpiae est, ROELANTIVM, Audito-
rem aliquando meum, divini autem ingenii tui cultorem ma-
ximam, rectè dirigentur. Vale. Lovanii, in Arce, Prudie
Kalendas anni novi MDCCXXXVI. quem felicem precor, et ab
omni morbi aura liberum.

Inclyti nominis tui, et caelestis ingenii
cultor

E. Puteanus.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Small handwritten mark or signature.]

II
Nobilissimo et Perilluosi. V.

Domino CONSTANTINO HUGENIO,

Equiti, etc.

Principi Aurario, à Consiliis
et Secretis.

VIII
Hagae.

Handwritten text in a cursive script, likely Latin or Dutch, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include several lines of a letter or document.

Handwritten text, possibly a signature or a specific name, located in the lower right quadrant of the page. It is also faint and appears to be bleed-through.

